




Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/295174>

H

THESES
JURIDICA INAUGURALES.



11

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CHRISTOPHORI HENRICI DIDERICI BUYS BALLOT,

MATH. MAG. PHIL. NAT. DOCT. ET PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

WIJNCKO TONCKENS,

Meppela-Drenthius.

A. D. IX, M. OCTOBRI, MDCCCLXIII, HORA II.



Trajecti ad Rhenum,
APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLXIII.

Typis Mandaverunt L. E. BOSCH ET FILIUS.

THESES.

I.

Si quis rem sub conditione, si in dominium suum pervenerit, pignori dederit, pignus incipit inde ab acquisitione et non a die conventionis.

II.

Emphyteusis praescriptione constitui nequit.

III.

Mandatum procuratoris gratia tunc demum valet si alter hoc dedit animo se obligandi et alter propter hoc mandatum executus fuerit.

IV.

Non facio cum PUCHTA Pand: § 503 heredem ab intestato ante aditionem jus suum in hereditatem alienare posse. Dicit enim: "man muss es als eine Veräusserung der Transmission und Delation betrachten."

V.

Improbanda sententia existimantium emphyteusin et superficiem a servitutibus eo praecipue differre quod in illis jura dominii tantum quoad exercitium, non tanquam proprium jus alteri concessa sint.

VI.

Mulier a marito in jus vocata indiget auctoritate judicis ut se defendere possit.

VII.

Legitimationem ex art: 329 C. C. etiam liberi petere possunt.

VIII.

Administrator ex art: 418 C. C. creari potest etiam tutele legitimo vel testamentario rogante.

IX.

Actio retinendae possessionis (tot handhaving in 't bezit) non conceditur propter jus in re singulari mobili.

X.

Emphyteuta ad refectiones tenetur eodem modo quo usufructuarius, non quo conductor.

XI.

Tutoris datio a judice cantonnali, non evocatis propinquis, non ipso jure irrita est.

XII.

Assignatio, non, ut epistola cambialis, formalis est, sed pendet a causa civili.

XIII.

Qui bona fide, sinc lata culpa, non facta oppositione, justo tempore litteras cambiales solvit non domino, a trassante petere potest ut indemnus servetur.

XIV.

Non assentiendum doctissimo EINERT statuenti indossantes omnino aequiparandos esse fidejusoribus.

XV.

In art: 771 C. M. verbis wordt „gestaakt” significatur negotium tolli, non suspendi.

XVI.

Peregrinus qui foro cessionem impetravit, canticum judicatum solvi praestare tenetur, debitori sese opponenti.

XVII.

Art: 366. C. P. etiam spectat jusjurandum suppletorium.

XVIII.

Non facio cum CARNOT statuente perjurium non committere eum qui jure jurando negat se mutuam vel depositam pecuniam accepisse ut ita quod sibi ab adversario debitum negante debetur, recuperare possit.

XIX.

Contra RAUTER Traité du droit criminel § 524 defendit art: 400 C. P. non spectare casum quo „les billets ou les dispositions extorqués seraient nuls en la forme.”

XX.

Furtum cum effractura habendum non est si fur, re jam contrectata , evasionis causa effracturam committit.

XXI.

Tabellio qui testamento , in minutis suis deposito, nomen tabellionis , qui subscriptionem neglexerat , adjectit, falsi tenetur.

XXII.

Art: 130. 1. Cod. Quaest. Crim. non requirit praeviam conventionem reorum ad delictum perpetrandum.

XXIII.

Necessitudo quae Ducatu Limburgensi cum foederatis Germaniae principibus ac civitatibus intercedit , tollenda videtur.

XXIV.

Doctrina quam nonnulli Juri Gentium obtrudere conantur de finibus territorii , natura definitis, erronea est.

XXV.

Nimia potestas art: 268 Cod. Quaest. Crim. Francici praesidi concessa , improbanda.

XXVI.

Institutum Juris Anglii reum de crimine interrogandum non esse , veritatis inquisitioni non obstare videtur.

XXVII.

De regten die de Schatkist bij overbedeeling heeft , moeten afgekeurd worden.

XXVIII.

Het verbod om uit graan te distilleren is , als middel om de graanprijzen te doen dalen , onvoldoende en niet goed te keuren.

XXIX.

Het algemeen belang vordert niet dat het winstgevende regt om banknoten uit te geven , uitsluitend aan ééne bank worde toegekend.
